

[1] 1724. nov[ember] 14.

H[ód]M[ező]Vásárh[ely] refformátus] e[gyház] kérése a Cancelláriához, az okt[óber] 27<sup>ki</sup> felfolyamodásra hozott határozatot kéri írásban kiadni.

Praes[entatum] 14. nov[embris] 1724.

Ad

Excel[lenti]s[sim]am Cancellariam Regis Hungaricam Aulicam D[omi]nos Dominos nobis Gratiostissimos Colendissimos.

Humillima Instantia.

Intriscriptorum HodMezőVásárhelyiensium

Supplicantibus restituendum ea cum resolutione, quod in usu, et exercitio confessionis suae, de praesenti aliunde a nemine turbentur, per consequens iisdem pro nunc, et usq[ue] dum in negotio religionis ulterior benigna suae ma[ies]t[a]tis sacratissimae resolutio subsequatur, indultam a Domino Terrestri super usu, et exercitio antelatae confessionis obtentum sufficiat.

Ex Consilio Regiae Cancella[riae] Hung[ari]cae Aulicae. Vienna die 14. novembr[is] 1724.

Josephus Koller m[anu] p[ro]p[ria]

[2] Excel[lenti]s[sim]a Cancellaria Regio Hungarica Aulica Domini Domini et Patroni Gratiostissimi Colendissimi.

Eam quidem esse hujus Excel[lenti]s[sim]ae Cancellariae ad reiteratam humillimam instantiam nostram subsecutam gratiosam resolutionem cum consolatione intelleximus. Quod siquidem nunc in possessione ecclesiae nostrarae et libero confessionis nostrarae Helveticae usu et exercitio, a nemine turbemur et impetamur, ut negotium nostrum ulterius quoque ad eventum commissionis in negotio religionis celebratae et relatae in statu quo permaneat, et si medio tempore, vel ex post etiam a quopiam in praemissis turbaremur, et impeteremur. Liberum ad hanc Excel[lenti]s[sim]am Cancellariam et Augustam suae Ma[ies]t[a]tis Sacr[atissi]mae Aulam habentes recursum, proculdubio, ejusdem protectionem et Paternam assistentiam obtinebimus. Quia tamen haecce gratiosa resolutio Excel[lenti]s[sim]ae Cancellariae priori humillimae instantiae nostrarae non esset indorsata. Hinc ut eo firmorem spem fiduciam nobis apromissae [sic!] protectionis et assistentiae polliceri possimus. Excel[lenti]s[sim]ae

i[llu]st[riss]i[mæ] Cancellariae Regio Hungaricae Aulicae, eatenus perquam humillime suplicamus [sic!], quatenus eadem, hancce gratiosam resolutionem et affidationem suam, nobis pro majori securitate et fiducia scripto et indorsative extradare dignetur. Eam Excel[lenti]s[sim]ae Cancellariae Gratiam, nos quoque humillimis et fidelibus servitiis nostris promereri adnitemur perseverantes.

Ejusdem Excel[lenti]s[sim]ae Cancellariae

Humillimi servitores, incolae HodMezőVásarhelyienses